



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Praxin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 10. De Antiphonis B. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48333)

§. VIII.

De Precibus.

I. **S**emper dicuntur, exceptis Duplicibus, & diebus infra Octavam. Omittuntur etiam, quando dies octava incidit in Dominicam privilegiatam. Gavant. *sect. 3. c. 8. n. 13.* ut supra quoque ad Primam §. 8. notatum est.

II. In Versibus tempore Paschali non additur Alleluia.

§. IX.

De Oratione.

I. **S**emper dicitur, excepta Feriali quintâ Cœnæ Domini, & die Parasceves.

II. Subjunguntur illi Versus consueti *Dominus vobiscum, Benedicamus, benedicat.*

§. X.

De Antiphonis B. Virginis.

I. **S**emper dicuntur, præterquam in Feria quinta & sexta Sacræ Hebdomadæ.

II. Variantur pro diversitate temporis, prout in quavis Antiphona post Completorium notatur. Dubitari tamen potest de Antiphona *Alma Redemptoris*, an si Purificationis Festum ob Dominicam privilegiatam differatur, ut hoc anno factum est, etiam Antiphona illa transferri debeat? & respondet Gavantus *sect. 5. c. 22. n. 7.* affirmativè, eò quòd in tali casu semper adhuc de partu B. Virginis fiat mentio; quam ob causam ait citatus Author, si Purificatio alicubi Octavam habeat, dictam Antiphonam per totam Octavam dicendam esse, eò quòd omnes Octavæ dies pro uno die reputentur.

III. In fine subjungitur Versus *Divinū auxilium, & Pater, Ave, Credo.* Præter hæc ex præscripto nihil dicitur; aliqui tamen vel Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes*, vel Orationem sequentem addunt. *Sacrosancta & individua Trinitati, Crucifixi Domini nostri IESU Humanitati, beatissima & gloriosissima, sempérque Virginis MARIÆ fecunda integritati, & omnium Sanctorum Universitati sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum per infinita secula seculorum. Amen.*

*Beata Viscera MARIÆ Virginis, qua portaverunt atque
Patris Filium. Et beata ubera, qua lactaverunt Christum
Dominum. Pater noster. Ave MARIA. cui Orationi Leo
remissionem culparum in Officio recitando commissarius
indulfit.*

PARS III.

DE CÆREMONIIS IN
OFFICIO DIVINO PUBLICO
CANTATO OBSERVANDIS.

HActenus, quæ ad privatam Horarum Canonicarum
citationem pertinent, explicata sunt. Restat nunc,
quoniam non pauci Sacerdotes ad Horas easdem publicè,
in Choro recitandas obligantur, pro uniformitate servanda
etiam, quæ Cæremoniæ tunc observandæ sint, breviter
hac quarta parte indicetur. Antequam autem hoc præstatu-
tur, nôsse velim Lectorem, quòd omnia, quæ hîc dicentur
ex Cæremoniali & praxi Romana fuerint desumpta, quæ
cùm sit Matrix & Magistra Ecclesiarum, meritò illi potius
quàm aliis Ecclesiis se accommodant, qui ad peculiare
sui vel Ordinis consuetudines (quas non tolli à Cæremoni-
ali Romano, neque à Rubricis Breviarij, teste Gavanto s. c. 2. n. 1. sæpius declaravit Sacra Congregatio, modò
ita pugnent cum universa Ecclesiâ, ut peritiorum iudicio
nûs laudabiles videantur) non obligantur.

TITULUS I.

DE CÆREMONIIS IN MATUTINO
OBSERVANDIS.

I. **E**T si Matutinum, prout ordinariè in locis Chorum
habentibus cantatur, nunquam in Pluviali cantari de-
beat; eò quòd Pluvialis usum Rubricæ Missalis tit. 19. n. 1.
tantùm in Vesperis & Laudibus concedant; quia tamen
aliquibus Ecclesiis Chorum ordinarium non habentibus
est, ut aliquoties in anno Matutinum solemniter, perinde
ac Ve-